**2090** epistylium marmoreum ordinis Dorici rep. *nella vigna a sinistra della via alla base di Monte Giove nel territorio di Civita Lavigna, sul principio della via, che comincia sotto il detto monte, denominata delle selve vecchie,* teste ROSA (ap. Momms. huius corporis vol. I), extat Genzani in horto Iacobini. — Exemplum falsum incisum in tabula lapidis schisti nigricantis fastigiata Romae emit Horner pictor Basileensis et intulit museo Basileensi, ubi extat: repertum id esse Romae in radicibus montis Palatini Circum versus narraverant Hornero.

Q · CAECILIVS · CN · A · Q · FLAMINI · LEIBERTVS · IVNONE · SEISPITEI
MATRI·REGINAE

Recognovi. Edidit primus Mommsen *bull. dell' Inst.* 1853 p. 170, mus. Rhen. IX (1854) p. 450 (cum tabula) ex exemplo falso, quod genuinum esse tunc crediderat, indicato sibi a Ritschelio (cf. opp. Ritschelii 4 p. 338), repetiverunt idem Mommsen inscr. Helv. n. 36; Ritschl P. L. M. tab. XLI, opp. 4 tab. XII cf. p. 335 seq. Genuinum exemplum delineavit Ritschl mus. Rhen. 14 (1858) in tabula adiuncta ad p. 284 seq. = opp. 4 tab. XI *B* cf. p. 335 seq., P. L. M. tab. LXII *A*, repetivit Mommsen huius corporis vol. I n. 1110. Henzen syll. n. 5659 *a*. Garrucci syll. n. 1462.

Exemplum falsum v. 1 in tres versus distribuit. — 1 'Q. Caecilium Gnaei et Auli Caeciliorum et Q. Flaminii libertum esse significatur' Momms. — SI///PITEI Garrucci, male; nihil periit.

Aediculam ad quam hoc marmoreum epistylium pertinuit, qualis fuisse potest, ex ingenio delineavit Brunn apud Ritschelium mus. Rhen. 14 (1858) p. 296 = opp. 4 p. 352. Titulum esse genuinum Mommsenus iam tunc affirmavit, cum exemplum antiquum lateret; qua re non spernendum documentum edidit, non vanam esse, ut ipsius verbis utar, hanc quam profitemur artem criticam epigraphicam.

**2091** tabula marmorea. Effossa Lanuvii a. 1728 (al. loco a. 1729) in crypta GIORG. Lanuvii in vinea Manganoniorum VETT. CHAVPY, apud Carolum Bonellum VVLP. *Nel cortile del casino già Manganoni in Civita Lavigna, trovata nel colle detto di S. Lorenzo, ove si crede fosse l' antico tempio di Giunone sospita* VISC. Nunc Neapoli in museo.

IVNÓNI · S · M · R
Q · OLIVS · PRINCEPS
REDEMPTOR · OPER
PVBLICORVM
LANIVINORVM
DE · S · D · D

Recognovi. Fr. Vettori misit Gorio d. 27 Nov. 1728 (cod. Marucell. A 63); Giorgi sched Casanat. bis; Vulpi Lat. 5 p. 85 (inde Mur. 1052, 6); Chaupy *maison d'Horace* 3, 379; E. Q. Visconti ms. Paris. II f. 34; Nibby *viaggio* 2 p. 187 (inde Orelli 4014); Mommsen inscr. Neap. n. 6763; Fiorelli catal. mus. Neap. n. 31.

**2092** basis marmorea, quae olim simulacrum sustinebat. *Da Cività Lavinia* AM. Extat Genzano *via Garibaldi 29*.

SILVÁNO · SACR
D · GRANIVS · PAL · CELER
FLAM · MAXIMVS

Descripsi anno 1882. Amati ms. Vat. manu ignota; Amatius misit Borghesio, hic Henzeno, qui edidit syll. n. 5998.

Granius Celer cum patrem non citet, videtur fuisse libertinus; et convenit tribus Palatina.

**2093** basis lapidis Albani. Civita Lavinia in vinea Dionigi nuper rep. ibique extat.

TEMPESTATIBV*s*
M · LABERIVS · C · F
DAT

Descripsi post Tomassettium. Strutt apud Fiorellium *notizie degli scavi* 1882 p. 115.

**2094** parva basis MAR., ara CARD. Ex Civitate Lavinia detulit mense Mart. 1774 et Romae apud se habuit MAR. Fuit in museo Borgiae CARD.

M
AECILIVS
TER
LVPERCVS
M · M · I · D · D

Marini ms. Vat. 9125 f. 208 (a quo Oderico sched. Genuen. f. 15') de visu; nescio unde Cardinali *iscrizioni antiche inedite* n. 6 (inde Orelli n. 4920 et errore huius corporis vol. VI n. 485).

1 om., 2 CAECILIVS Card.

**2095** *nella chiesa di Civita Lavinia.*

*di*VO · AVG
L · F · VALERIVS CATVLL CO*s*....
CATVLLVS PONTIF · .....

Holstenius ms. (cod. Dresd. F 193 f. 82), qui vidit.

[Fortasse Valerius Catullus is cuius meminit Suetonius Gai. 36. Cf. Borghesi opp. 5 p. 528 TH. M.]

**2096** tabula marmorea litteris magnis. Legitur una cum n. 2087 et 2114 apud VISC ms. II. Romae in museo Vaticano MAR. ibique extat (*Gall. lap.* Aug. II).

. . . . . . . . . . . . . . . .
DIVI AVGVS*ti* . .
*pontifici ma*XIMO COS · VI · I . . .
EX *decreto*
VI · VIRI . . .
. . OS · P · TET · TIV . . .
*h*YMENEVS · L · SICINIV*s*...
*mulsum et crustul*VM · POPVLO · DEDERVNT · K...

Descripsit Henzen. E. Q. Visconti ms. Par. I f. 125, II f. 167; Marini ms. Vat. 9124 f. 197.

2 quadratarius erraverit necesse est (de lectione dubitare nos vetuit inspecto lapide Huelsenus), nam ex posteris divi Augusti consulatum sextum nemo gessit.

**2097** tabula marmorea. In palatio Vaticano in officina sculptoris MAR. (ms.). Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* mag. I). — Locum non indicat VISC.

SENATVS · P · Q · LANVINVS EX · P · P
TI · CLAVDIO · CAESARI · AVG · GERMANICO · PONT · MAX · TR · POT · II a. 42/3
C · CAECIO · PVLCHRO · DICTATORE · P · AVTRONIO · CELSO · L · LABERIO · MAXIMO · AED

Descripsit Henzen. E. Q. Visconti ms. Paris. I f. 153, II f. 149; Marini ms. Vat. 9125 f. 340, Arv. p. 224 (inde Orelli n. 3786).

1 LANIVINVS Mar. (Arv.), non recte. — 3 AEDIL Mar. — Laberius Maximus procurator Vespasiani in Iudaea (Ioseph. b. I. 7, 6, 6), praefectus annonae a. 80 (act. Arv., C. I. L VI, 2059) huius L. Laberii Maximi potest fuisse filius.

**2098** tabula marmorea fracta. Rep. ibi fere ubi n. 2112, est Civita Lavinia in aedibus Frezza RATTI. Ibi extat.

T I T*o caesari*
V E S P*asiano augusto*
S · P · Q · L*aniuinus*

Descripsi post Detlefsenum. Edidit Ratti act. acad. pontific. archaeol. 2 p. 440; Tomassetti apud Fiorellium *notizie degli scavi* 1883 p. 346.

**2099** fragmentum tabulae marmoreae Civita Lavinia rep. a. 1865 ab Anconio BENND. ACTA. Postea fuit Romae in Palatino, anno 1878 ibidem in museo Kircheriano amplificato.

HA*drian*
PONT · M*ax. trib. pot.* ..
IMP · II

Descripsimus Henzen ex ectypo quod dedit Benndorf, ego ex lapide. Exhibent acta ms. Est vol. VI n. 980 *a*.